

ORACION SEGUNDA

CONTRA

LUCIO CATILINA.

ARGUMENTO.

Catilina, ó por haberlo resuelto él ya, ó en fuerza del discurso precedente del cónsul, se salió de Roma á deshora de la noche, enderezándose á los reales de Malio, que era como su lugar teniente. Dejó encargados á Cethego y Léntulo, y á los demas conjurados, que dispusiesen la ejecucion de sus designios: que él vendria sobre la ciudad con ejército en breve. Al otro dia de su salida hizo Ciceron este discurso al pueblo, en que le dá la enhorabuena de que por fin vé fuera de la ciudad á aquel pernicioso ciudadano; y muestra que no es de temer la guerra de Catilina por su tropa cobarde y para poco.

EXORDIUM

— Tandem aliquandò, Quirites, L. Catilinam, furentem audaciâ, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, vobis atque huic urbi ferrum flammamque minitantem, ex urbe vel ejecimus, vel emisimus, vel ipsum egredientem verbis persecuti sumus. Abiit, excessit, evasit, erupit. Nulla jam perniciès à monstro illo atque prodigio mœnibus ipsis intrâ mœnia comparabitur. Atque hunc quidem unum hujus belli domestici ducem sine controversiâ vicimus. Non enim jam inter latera nostras illa versabitur : non in campo, non in foro, non in curiâ, non deniquè intrâ domesticos parietes pertimescemus. Loco ille motus est, cùm est ex urbe depulsus. Palàm jam cum hoste, nullo impediènte, bellum justum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificèque vicimus, cùm illum

EXORDIO.

1. Por fin, Caballeros Romanos, hemos echado de la ciudad, ó despedido, ó acompañado al salir á L. Catilina, á esa furia desatada, que no respiraba sino maldades, que trazaba impío la desolacion de su patria, y á vosotros, y á esta ciudad amenazaba destruir á sangre y fuego. Marchó, se fué, escapó se abrió el paso. Ya no ideará aquel monstruo y portento, ninguna traza para arruinar la ciudad dentro de ella misma. Y á la verdad á este, que es el único caudillo de la guerra civil, lo tenemos vencido sin disputa. Porque ya no andará entre nuestros costados aquella daga : ya estaremos sin miedo en el campo, en el foro, en el senado, y finalmente dentro de nuestras casas. Ya va de vencida con solo haberle echado de la ciudad. Ya sin embarazo de nadie haremos descubiertamente justa guerra al enemigo. Seguramente le hemos perdido, y logrado de él una gloriosa victoria, cuando le sacamos de la emboscada á pelear en campo raso. Mas cuan grande os parece, que es el

ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus. Quòd verò non cruentum mucronem, ut voluit, extulit; quòd, vivis nobis, egressus est; quòd ei ferrum è manibus extorsimus; quòd incolumes cives, quòd stantem urbem reliquit: quanto tandem illum mœrore afflictum esse et profligatum putatis? Jacet ille nunc prostratus, Quirites, et se perculsum atque abjectum esse sentit, et retorquet oculos profectò sæpè ad hanc urbem, quam ex suis faucibus ereptam esse luget. Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem evomuerit, forasque projecit. †

NARRATIO.

2. At, si quis est talis, quales esse omnes oportebat, qui in hoc ipso, in quo exultat et triumphat oratio mea, me vehementer aceuset, quòd tam capitalem hostem non comprehenderit potiùs quàm emissem: non est ista mea culpa, Quirites, sed temporum. Interemptum esse L. Catilinam, et gravissimo supplicio affectum, jampridem oportebat: idque à me, et mos majore

sentimiento y tristeza, que le affige y oprime por no haber sacado la daga teñida en sangre, como era su deseo, por habernos dejado con vida, por haberle arrancado por fuerza de las manos el puñal, y por haber quedado salvos sus paisanos, y la ciudad en pie! Está él ahora, Caballeros Romanos, por tierra, y lo conoce, y que há recibido un golpe mortal, y seguramente vuelve muchas veces los ojos á esta ciudad llorando que se le ayan sacado de entre las garras. Mas ella me parece que se regocija de haber vomitado y echado de sí tal ponzoña.

NARRACION.

2. Mas, si alguno piensa, como convendria que todos pensaran, y en lo mismo en que triunfa mi discurso, me carga fuertemente, porque dejé ir, y no prendí á tan pernicioso enemigo; de esto, Caballeros Romanos, no tengo yo la culpa, sino los tiempos. Ya há mucho tiempo que se debía quitar del medio á Catilina, y castigarle por el mas atroz suplicio: así lo exigia de mí la costumbre de nuestros mayores, la severidad de este imperio, y el estado? Pero cuantos

rum, et hujus imperii severitas, et respublica postulabat. Sed, quàm multos fuisse putatis, qui, quæ ego deferrem, non crederent? quàm multos, qui propter stultitiam non putarent? quàm multos, qui etiam defenderent? quàm multos, qui propter improbitatem faverent? Ac si, sublato illo, depelli à vobis omne periculum judicarem, jam pridem ego L. Catilinam, non modò invidiæ meæ, verùm etiam vitæ periculo sustulissem. Sed, cùm viderem, ne vobis quidem omnibus re etiam tùm probatâ, si illum, ut erat meritis, morte multassem, fore ut ejus socios invidiâ oppressus persequi non possem: rem huc deduxi, ut tùm palàm pugnare possetis, cùm hostem apertè videretis.

Quem quidem ego hostem, Quirites, quàm vehementer foris esse timendum putem, licet hinc intelligatis, quòd illud etiam molestè fero, quòd ex urbe parum comitatus exierit. Utinam ille omnes secum suas copias eduxisset! Tongillum mihi eduxit, quem amare in prætextâ coeperat; Publium et Munatium, quorum æs alienum contractum in popinâ nullum reipublicæ motum afferre poterat. Reliquit quos viros?

pensais que eran los que no daban crédito á lo que yo decia? ¿cuantos los que por necios no pensaban que tal hubiese? ¿cuantos los que aun pensaban á defenderle? ¿cuantos los que por malos aun le daban favor? Y si yo entendiera, que quedabais vosotros libres de todo peligro, quitándole á él del medio, mucho tiempo há que le hubiera quitado, no solo espoñiéndome al odio, sino aun aventurando la vida. Pero, viendo que, si le diese la muerte merecida, no habiéndose aun entonces hecho ver á todos vosotros lo que habia, no podria, oprimido del odio, dar sobre los demas conjurados; puse la cosa en tales términos, que pudieseis hacer guerra declarada á un enemigo declarado.

Mas cuan temible pienso yo, Caballeros Romanos, que sea este enemigo fuera de la ciudad, se deja entender del sentimiento que tengo de que ha salido poco acompañado. Ojalá hubiera él sacado consigo toda su gente. Me sacó, á Tongilo, á quien comenzó á amar cuando aun andaba con la toga pretexta (1) á Publio, y Munacio, cuyas deudas contraidas en los figones ninguna alteracion podian ocasionar en el estado. Mas ¿qué sugetos dejó? ¿qué adeudados? ¿qué poderosos? ¿qué distinguidos?

quanto alieno ære, quàm valentes, quàm nobiles?

3. Itaque ego illum exercitum præ Gallicanis legionibus, et hoc delectu quem in agro Piceno et Gallico Q. Metellus habuit, et his copiis quæ à nobis quotidie comparantur, magnoperè contemno; collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuriâ, ex rusticis decoctoribus; ex his qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum, maluerunt: quibus ego non modò si aciem exercitus nostri, verùm etiam si edictum prætoris ostendero, concident. Hos, quos video volitare in foro, quos stare ad curiam, quos etiam in senatum venire, qui nitent unguentis, qui fulgent purpurâ, mallem secum suos milites eduxisset: qui si hic permanent, mementote non tam exercitum illum esse nobis, quàm hos qui exercitum deseruerunt, pertimescendos.

Atque hoc etiam sunt timendi magis, quòd, quid cogitent, me scire sentiumt: neque tamen permoventur. Video, cui Apulia sit attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui sibi has urbanas insidias cædis atque incendio-

3. Y así yo hago un gran desprecio de aquel ejército, comparándole con las legiones Galicanas, con la gente, que Q. Metelo levantó en el territorio Piceno y Galicano, y la que nosotros juntamos diariamente: como que aquella tropa se compone de viejos desesperados, de rústicos disolutos, de aldeanos malgastadores, de hombres, que quisieron mas faltar á las fianzas de comparecer en juicio, que á aquel ejército: los cuales, si yo les muestro, no digo nuestro ejército formado en batalla, sino solamente el edicto del pretor, darán consigo en tierra. A estos, que veo andar volando por la plaza, asistir junto á la curia, y aun concurrir al senado, que relucen con los unguentos oleosos, y resplandecen con la púrpura (2), á estos sus soldados quisiera yo mas que se los hubiera llevado consigo: porque habeis de entender, que estos son mas temibles aquí, que el ejército de que desertaron.

Y aun son mas de temer por la circunstancia de que entienden que yo sé en lo que piensan, y nos les dá eso mucho cuidado. Estoy viendo á quien se le há dado la Pulla, quien tiene la Etruria, quien el territorio Piceno, quien el Galicano, quien pidió se le cometiese la faccion de aqui de la ciudad, de la ma-

rum depoposcerit. Omnia superioris noctis consilia ad me perlata esse sentiunt: patefeci in senatu hesterno die: Catilina ipse pertimuit, profugit: hi quid expectant? nã illi vehementer errant, si illam meam pristinam lenitatem perpetuam sperant futuram. X

4. Quod expectavi, jam sum assecutus, ut vos omnes factam esse apertè conjurationem contrã rempublicam videretis; nisi verò si quis est, qui Catilinæ similes cum Catilinã sentire non putet. Non est jam lenitati locus: severitatem res ipsa flagitat. Unum etiam nunc concedam: exeant, proficiscantur, ne patiantur desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Demonstrabo iter; Aureliã viã profectus est. Si accelerare volent, ad vesperam consequentur. O fortunatam rempublicam, siquidem hanc sentinam hujus urbis ejecerit! Uno mehercule Catilinã exhausto, relevata mihi et recreata respublica videtur. Quid enim mali, aut sceleris fingi aut excogitari potest, quod non ille conceperit? Quis totã Italiã veneficus, quis gladiator, quis latro, quis siccarius, quis parricida, quis testamentorum

tanza de los ciudadanos, é incendio de ella. Saben que hé sido informado de todas las resoluciones de la noche pasada: ayer las hice yo patentes en el senado: el mismo Catilina se llenó de miedo y huyó: ¿estos á qué aguardan? ¡Ay! cuanto se engañan, si esperan que durará siempre aquella mi pasada blandura.

4. Yo ya logré el fin porque aguardaba, que era que vieses todos vosotros claramente que habia conjuracion contra el estado: sino que haya quien piense que los que se parecen á Catilina en la conducta, no se conforman con él en los dictámenes. Ya no tiene lugar la blandura: la cosa misma clama por el castigo. Un solo partido les haré sin embargo aun ahora, y es que salgan, y se vayan, y no dejen al miserable Catilina consumirse por su ausencia. Les enseñaré el camino: el se fué por la via Aurelia. Si quisieren acelerar un poco el paso, le alcanzarán al anochecer; O dichosa república, si echase de sí esta sentina! De verdad que con solo haber echado á Catilina, me parece que se halla recobrada y vuelta en sí. Porque ¿qué maldad ó infamia se podrá imaginar, ó discurrir, que él no haya pensado? ¿Qué emponzoñador, qué gladiator, qué ladron, qué asesino, qué parricida, qué falsificador de testamentos, qué engañador, qué rufian, qué gastador, qué adúltero, qué muger infame, qué cor-

subjector, quis circumscriptor, quis ganeo, quis nepos, quis adulter, quæ mulier infamis, quis corruptor juventutis, quis corruptus, quis perditus inveniri potest, qui se cum Catilinâ non familiarissimè vixisse fateatur? Quæ cædes per hosce annos sine illo facta est? Quod nefarium stuprum non per illum? Jam verò quæ tanta in ullo unquam homine juventutis illecebra fuit, quanta in illo; qui alios ipse amabat turpissimè, aliorum amori flagitiosissimè serviebat: aliis fructum libidinum, aliis mortem parentum, non modò impellendo, verùm etiam adjuvando, pollicebatur. Nunc verò quàm subito non solùm ex urbe, verùm etiam ex agris ingentem numerum perditorum hominum, collegerat? Nemo, non modò Romæ, sed nec ullo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus adsciverit.

5. Atque, ut ejus diversa studia in dissimili ratione perspicere possitis, nemo est in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui se non intimum Catilinæ esse fateatur; nemo in scenâ levior et nequior,

rompedor de la juventud, qué perdido, qué rematado, se puede encontrar en toda Italia, que no confiese haber tenido familiarísimo trato con Catilina? ¿Qué muerte no se há hecho en estos años, en que él no se hallase? ¿Qué abominable estupro, en que él no fuese el medio, mas quando ninguno otro tuvo jamás el arte de atraerse la juventud, que él; que á unos amaba con amor torpísimo, y á otros era empleo del suyo deshonestísimo: á estos prometia el goce de sus liviandades, y aquellos la muerte de sus padres, no solo impeliéndolos, sino tambien coadyuvando? ¿Y ahora que pronto tenia ya recogido un crecido número de hombres perdidos no solo de la ciudad, sino tambien de los campos? No hubo ninguno cargado de deudas; no solamente en Roma, sino aun en el mas retirado rincón de toda la Italia, á quien no metiese en la liga para esta increíble maldad.

5. Y para que podais conocer sus distintas aficiones en distintos asuntos, no hay en la escuela de los gladiadores ninguno que se distinga un poco por su osadía, que no confiese ser muy íntimo de Catilina: no hay ninguno en las tablas, que sobresalga algo por su

qui se non ejusdem propè sodalem fuisse commemoret. Atque idem tamen stuprorum et scelerum exercitatione assuefactus frigore, et fame, et siti, ac vigiliis perferendis, fortis ab istis prædicabatur, cùm industriæ subsidia, atque instrumenta virtutis, in libidine audaciâque consumeret.

Hunc verò si sui fuerint comites secuti, si ex urbe exierint desperatorum hominum flagitiosi greges! ô nos beatos, ô rempublicam fortunatam! ô præclaram laudem consulatûs mei! Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non humanæ audaciæ, ac tolerandæ: nihil cogitant nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas, patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt; res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit: eadem illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quòd si in vino et aleâ comessationes solùm et scorta quærent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Hoc verò quis ferre possit, inertes homines fortissimis viris insidiari, stultissimos prudentissimis, ebrios sobriis, dormientes vigilantibus? qui mihi accubantes in conviviiis, complexi mulieres

libiandad, y picardía, que no diga que casi ha sido su perpetuo compañero. Y con todo habiéndose hecho en el ejército de sus estupros y maldades á pasar frios, hambres, sed, y falta de sueño, tenia entre esta gente nombre de esforzado, malgastando en deshonestidades, é insultos, los medios, de que se vale la industria, y los instrumentos, de que se sirve el valor.

Pues, si tras de este se fueren los suyos, si se marcharen de la ciudad estas perversas gabillas de hombres desesperados, ¡ó dichosos de nosotros! ¡ó dichosa república! ¡ó glorioso consulado mio! Porque ya no son así como quiera los deseos de los hombres, ya los atrevimientos no son de hombres, y se han hecho intolerables: no piensan sino en muertes, incendios y robos: malgastaron sus patrimonios, consumieron en glotonerías su hacienda; ya tiempo há que se les acabó el caudal, y poco há comenzó á faltarles el crédito; sin embargo las pasiones del tiempo de la abundancia se está en su punto. Y si en el vino y juego no buscasen otra cosa que satisfacer su gula y lujuria, debian sí contarse por incurables; pero sin embargo se les debia sufrir. Mas quien podrá aguantar, que los cobardes pongan asechanzas á los esforzados, los mas necios á los mas advertidos, los borrachos á los sóbrios, los perezosos á los activos? ¿Quien podrá sufrir á unos hombres, que recostándose junto á mí en los banque-

impudicas, vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliterati, debilitati stupris, eructant sermonibus suis cædem bonorum, atque urbis incendia. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, et pœnas jam diù improbitati, nequitiae, sceleri, libidini debitas, aut instare jam planè, aut certè jam appropinquare. Quos si meus consulatus, quoniam sanare non potest, sustulerit; non breve nescio quod tempus, sed multa sæcula propagarit reipublicæ. Nulla est enim natio quam pertimescamus; nullus rex qui bellum populo romano facere possit. Omnia sunt externa unius virtute terrâ marique pacata. Domesticum bellum manet; intus insidiæ sunt; intus inclusum periculum est; intus est hostis. Cum luxuriâ nobis, cum amentia, cum scelere, certandum est. Huic ergo me bello ducem profiteor, Quirites: suscipio inimicitias hominum perditorum. Quæ sanari poterunt, quæcumque ratione sanabo. Quæ resecanda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere. Proindè aut exeant, aut quiescant: aut, si et in urbe, et in eadem mente permanent, ea, quæ merentur, expectent.

tes, abrazados con mugeres deshonestas, sin fuerzas con el vino, repletos de comida, coronados con guirnaldas, ungidos con unguentos olorosos, debilitados con sus estupros, en sus conversaciones regueldan la muerte de los buenos, y el incendio de la ciudad? Mas yo confío que les amenaza alguna fatalidad, y que ya les está encima, ó por lo menos muy cerca el castigo debido á su maldad, malicia, perversidad y lascivia. Y si yo en mi consulado los quitare del medio, ya que no los puedo curar, daria al estado no como quiera un breve espacio, sino muchos siglos de vida. Porque no hay ninguna nacion, que nos dé mucho que temer: ningun rey que pueda hacer guerra al pueblo romano. Fuera el valor de uno lo tiene todo en paz (3) por mar y tierra. Solo nos queda la guerra doméstica: dentro están las celadas: dentro está el riesgo: dentro el enemigo. Contra la lujuria, contra la locura y la maldad tenemos que pelear. Yo me ofrezco, Caballeros Romanos por capitan: tomo sobre mí las enemistades de los hombres perdidos. Las llagas, que tuvieren cura, por cuantos medios pueda las curaré. Mas los miembros, que fuere necesario cortar, no les dejaré para que ocasionen la muerte del estado. Y así ó váyanse, ó éstense quietos: ó en caso de perseverar en la ciudad, y en sus intentos, esperen el castigo que merecen.

6. At etiam sunt, Quirites, qui dicant, à me in exilium ejectum esse Catilinam. Quod ego si verbo assequi possem, istos ipsos ejicerem qui hæc loquuntur. Homo enim videlicet timidus, et permolestus vocem consulis ferre non potuit : simul atque ire in exilium jussus est, paruit, quievit.

Hesterno die, cùm domi meæ penè interfectus essem, senatum in ædem Jovis Statoris convocavi : rem omnem ad Patres conscriptos detuli. Quò cùm Catilina venisset, quis eum senator appellavit? quis salutavit? quis denique ita adspexit ut perditum civem, ac non potius ut importunissimum hostem? Quin etiam principes ejus ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille consul, qui verbo cives in exilium ejicio, quæsi à Catilinâ, an nocturno conventu apud M. Lecam fuisset, necne? Cùm ille homo audacissimus, conscientiam convictus, primò reticisset ; patefeci cætera. Quid eâ nocte egisset, ubi fuisset, quid in proximam constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Cùm hæsitaret,

6. Mas aun hay, Caballeros Romanos, quienes dicen, que yo desterré á Catilina, lo que si con palabras pudiera yo conseguir, tambien desterraria á los que esto dicen. Así fué en efecto, como el hombre es tan pusilánime y encogido, no pudo sufrir las palabras del cónsul : lo mismo fué decirle, que se fuese á un destierro, que obedeció, y se fué.

Ayer habiendo estado á pique de ser muerto en mi misma casa, convoqué al senado al templo de Júpiter Estator, y le di parte de todo lo que habia ; Catilina, tambien concurrió. ¿Qué senador le habló, quien le saludó, quien finalmente le miró, como á un ciudadano rematado, y no antes como á enemigo molestísimo? Y lo que es mas, los principales senadores dejaron desamparados y desocupados los asientos de aquella parte á donde él se habia acercado. Aquí yo aquel cónsul tan terrible, que solo con una palabra echo á los ciudadanos al destierro pregunté á Catilina, si se habia, ó no hallado en la junta tenida por la noche en casa de M. Leca : como aquel hombre tan audaz, convencido del testimonio de su conciencia, hubiese por lo pronto callado, hice patente todo lo demas. Informé al senado de lo que habia tratado aquella noche, donde habia estado, lo que habia dispuesto para la noche inmediata, y como tenia ordenado el plan de toda la guerra. Como él se hallase atajado, y sin tener que

cùm teneretur, quæsiui quid dubitaret eò profiscisci quò jam pridem pararât : cùm arma, cùm secures, cùm fascès, cùm tubas, cùm signa militaria, cùm aquilam illam argenteam, cui ille etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat, scirem esse præmissam. In exilium ejiciebam, quem jam ingressum esse in bellum videbam? Etenim, credo, Mallius iste centurio, qui in agro Fesulano castra posuit, bellum populo romano suo nomine indixit, et illa castra nunc non Catilinam ducem expectant, et ille ejectus in exilium, se Massiliam, ut aiunt, non in hæc castra conferet.

7. O conditionem miseram, non modò administrandæ, verùm etiam conservandæ reipublicæ! Nunc, si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circumclusus ac debilitatus, subito pertimuerit, sententiam mutaverit, deseruerit suos, consilium belli faciendi abjecerit, ex hoc cursu sceleris et belli, iter ad fugam atque in exilium converterit, non ille à me spoliatus armis audaciæ, non obstupefactus ac perterritus meâ diligentia, non de spe conatuque depulsus, sed indemnatus, innocens, in exilium ejectus

decir, le pregunté en que se detenía para no ir á donde tiempo antes habia dispuesto, cuando me constaba que ya habian ido delante, de órden suya, las armas, las segures, los fascès, las trompetas, las banderas, y aquella águila de plata, á la que él habia hecho en su casa un sagrario de maldades? Echaba yo al destierro al que veía ya metido en la guerra? Sí por cierto, yo creeré que ese capitán Malio, que acampó en el territorio de Fiesoli, declaró en su nombre la guerra al pueblo romano, y que en aquellos reales no se aguarda por general á Catilina; sino que, como echado á destierro, se irá á Marsella, como se dice, y no al campo de Malio.

7. ¡O triste situacion no como quiera para el gobierno, sino aun para la conservacion de la república! Si ahora L. Catilina, que se halla cercado por todas partes y debilitado en fuerza de mis providencias, y á costa de mi trabajo y riesgos, cobrase miedo de repente, mudase de propósito, desamparase á los de su faccion, desistiese del intento de hacer guerra, y dejando el camino de la maldad y de las armas, por el que corre precipitado, tomase el de la fuga y destierro, no dirian que le quité las armas que tomò su osadia, que le intimidé, y aterré con mi actividad, que le frustré sus esperanzas é intentos, sino que el

à consule vi et minis esse dicetur : et erunt qui illum, si hoc fecerit, non improbum, sed miserum ; me non diligentissimum consulem, sed crudelissimum tyrannum existimari velint. Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire, dummodò à vobis hujus horribilis belli ac nefarii periculum depellatur. Dicatur sanè ejectus esse à me, dummodò eat in exilium. Sed mihi credite, non est iturus. Nunquam ego à diis immortalibus optabo, Quirites, invidiæ meæ levandæ causâ, ut L. Catilinam ducere exercitum hostium, atque in armis volitare audiat : sed triduo tamen audietis, multòque magis illud timeo, ne mihi sit invidiosum aliquando, quòd illum emiserim potius, quàm quòd ejecerim. Sed, cùm sint homines, qui illum, cùm profectus sit, ejectum esse dicant, iidem, si interfectus esset, quid dicerent ?

Quamquam isti, qui Catilinam Massiliam ire dicitant, non tam hoc queruntur quàm verentur. Nemo est istorum tam misericors qui illum non ad Mallium quàm ad Massilienses ire malit. Ille autem, si me-

cónsul, empleando la fuerza y las amenazas, lo echó al destierro sin oírle, estando inocente : y no faltarán quienes quieran, si hiciere esto, que él pase por un desdichado, no por un perverso, y no por un cruelísimo tirano, si no por un cónsul vigilantísimo. Pero ningun cuidado me dá, Caballeros Romanos, el padecer la borrasca de este odio mal fundado é inicuo, con tal que se logre alejar de vosotros el peligro de esta impia y horrible guerra. Mas que digan que yo le eché, como él en efecto vaya al destierro : mas bien me lo podeis creer, no hará tal. Nunca desearé yo de los Dioses inmortales, por librarme del odio, el que llegue á vuestros oídos la noticia de que L. Catilina está al frente del ejército enemigo, y anda volando entre las armas ; mas no se pasarán tres días sin que lo oigais : y aun temo mucho mas, que me haga odioso algun día el haberle dejado ir por sí mismo, mas bien que haberle echado. Pero cuando hay hombres que habiéndose él ido, dicen sin embargo que le eché, estos tales, si le hubiera muerto, ¿qué dirían ?

Aunque esos, que andan diciendo, que Catilina vá á Marsella, no tanto se quejan de esto, como lo temen. Ninguno de esos es tan compasivo, que no quiera mas, que él dé consigo en los reales de Malio, que en Marsella. Y seguramente él, aun cuando nunca antes hu-